LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 88r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

XXVI.

Illuminatio cecorum qd significat:

Ceci qui.

Surdi qui.

Muti qui.

Claudi qui.

Leprosi qui.

Tolli de humilitate et fragilitate et passione: cur hoc deus subire ma
luerit: Nunc ipsius crucis ratio reddenda est: & uis enarranda
quid summus pater a principio disposuerit: et quadm cuncta
que gesta sunt ordinauerit: non tantum diuinando ppharū: q̄ in xpm
veri processit: sed et ratio ipsius passionis docet: Quecūq; h. passus est: non
fuerunt inania: sed habuerunt signum et significantiam magnam:
sicut etiam diuina illa opera: que fecit: quorum uis & potentia valebat
quidem in presens: sed declarabat aliquid in futurum: Aperuit ceco
lumina celestis uirtus: & lucem non uidentibus reddidit: sed hoc facto
significatur fore: ut comissus ad gentes: que deum nesciebant: insipiētū
pectora illuminaret luce sapientie & ad veritatē contemplandam oculos cor
dis aperiret: Vere h. ceci sunt: qui celestia non uidentes: & tenebris ignoran
tie circūfusi terrena et fragilia venerantur: Liberauit aures surdorum non
utiq; hactenus uis illa celestis opera est: sed declarabat breui fore: ut qui eius
veritatis expres: & audirent: & intelligerent diuinas dei voces: Vere h.
surdos dixeris: qui celestia et vera et facienda non adiunt: Mutorū lin
guas in eloquium solut: admirabilis & cum fieret: potentia: sed inerat
huic uirtuti alia significatio: que ostenderet mox futurum uirtutū ce
lestium nup ignari pcepta sapientie disciplina: de deo et veritate dissere
rent: Nam qui rationem diuinitatis ignorat: is vere elinguis & muto
est: licet omnium disertissimus sit: Lingua h. cum verum loqui ce
perit: uirtutem maiestatem dei singularis interpretari: tū demū offi
cio nature sue fungitur: Q̄ dum aut falsa loquitur: in usu suo non est:
& ideo infans sit: necesse est: Quia diuina prologui non pōt: Sed ppe
claudorum ad officium gradiendi reformauit laudabilis diuinopis fortitu
do: sed figura id continebat quod cohibitis erroribus vite secularis ac deue
iter veritatis aperiret: per quod gruderentur homines ad dei gratiam cō
sequendam: Sic h. vere claudus existimandus est: qui caligine ac tenebris
insipientie implicatus & quo tendat ignarus offensibilibus & caducis
gressibus per uiam mortis incedit: Item labes & maculas inquinatorū
corporum expungunt: non exigua immortalitatis potentie opera: Verū
id protendebat hec uis: q̄ peccatorum labibus ac uiciorum maculis mg
natos doctrina eius purificatura esset eruditione iustitie: Leprosi h. vere
atq; elephantiaci debent haberi: quos vel infinite cupiditates ad scelera vel
insaciabiles voluptates ad flagitia compellunt: & dedecorum maculis in
usus labe afficiuntur sempiterna: Jacentia mortuorum corpora erexit:
cosq; nominibus suis inclamatos a morte ret reuocauit: Quod cōgruētio